



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Officio & cura Episcoporum. Tit. 16

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

spania, *Garcias d. part. 11. cap. 3. §. 4. num. 289.* Nec in Belgio, *Zypaus in jure Pontif. novo. tit. de rer. permut. usu est recepta.*

Singulare quod habet, est, quod non sit pura, quod non est simpliciter in favorem ejus, cum quo sit permutatio, sed sub modo & conditione quadam, si forte ipse vicissim beneficium suum renuntiaverit in favorem meum proptereaque, ut dictum supra utrumque beneficium alii, quam permutantibus conferri non potest. d. Clem. un. de rer. permut.

Qua de causa potior habetur permutatio gratis expectativis, & optioni quoque ex consuetudine Canonico antiquiori competenti. d. c. un. cod. in 6. & c. fin. de consuetud. in 6. Dantis d. loco.

TITULUS XVI.

De Officio & Cura Episcoporum.

SUMMARIA.

1. *Munus Episcopi in quibus consistat potissimum.*
2. *In quibus circa fidem & Dei venerationem.*
3. *In quibus circa Divinorum Officiorum celebrationem.*
4. *In quibus circa Sacramentorum administrationem.*
5. *Quae attendere debet circa personas, res, & loca Ecclesiastica.*
6. *Quae in pascendis ovibus.*



Mnes, qui Episcopali sunt illustrati gradu, fungi decet officio & munere suo.

Quod sane est gravissimum. Praecipue tamen consistit in duobus. Primo in cultu divino, & augendo & conservando in religione Christiana. Secundo In ovibus sibi commissis pascendis easque ad salutem aeternam perducendis. *Barbof. lib. 1. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 11. num. 2.*

Quae cultum divinum religionemq; Christianam concernunt; i. vel perti-

Corvinus
De Personis
Benef. Ecclesiast.

G IV
32

perinent ad fidem & Dei venerationem: 2. vel officiorum divinatorum celebrationem: 3. vel Sacramentorum administrationem: 4. vel harum rerum Ministros, & res, & Ecclesiastica loca. 5. De singulis una cum Barbosa. d. loco videndum.

2 Officium Episcopi circa fidem, & venerationem Dei consistit in multis. *Primò*; Si sit in terris infidelium, curare eum oportet, ut omnes oves ipsi subiecte suscipiant fidem Christi; si in terris fidelium, ut fidei rudimenta suscipiant, & doceantur ea ritè omnes, & explicentur ritè omnibus: *can. ante baptismum. de consecrat. dist. 4. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4. Constit. Pii V. incipit. Ex debito pastorali officii. die 6. Octobr. 1572. Pia sec. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 19. Zerol. in praxi Episc. part. 1. verbo doctrina Christiana. §. 3. Secundò*; Curare de ber ut inanes & periculosa, maximè laicorum, disputationes fidei tollantur: *c. quicumq. §. 1. de heret. in 6. can. 2. quoties. 24. qu. 1. Farinac. de heres. qu. 78. num. 111. cum seqq. Tertio*; Verbum Dei ut prædicetur populo, sacraque Scripturæ & Theologia habeatur lectio: *de quocapite proximo. Quarto*; Nè Sacro Sancta Scripturæ verba ad superstitiones, incantationes, divinationes, sortes, & alia prophana & scurrilia convertantur, & adhibeantur: *Concil. Trident. sess. 4. de reformat. in fine. Quintò*; Nè in concionibus fabulæ & revelationes fallæ prædicentur: *d. Concil. Trident. sess. 4. in fine Barbosa de offic. & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 76. num. 84. Sextò*; Nè libri de rebus sacris sine Auctoris nomine imprimantur, vendantur, retineantur, nisi prævio suo examine: *Concil. Lateran. sess. 10. de impress. libror. Gambat. de offic. & potest. Legati à Latere. lib. 2. num. 230. Cened. ad Decretal. collect. 8. num. 7. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 17. qu. 1. Homobon. de examine Ecclesiæ. tract. 7. cap. 2. Septimò*; Omnes artem magicam exercentes, docentes, & superstitionibus aliisque similibus operam dantes, ut ex diocesi sua eradicentur. *can. contra. 10. can. 12. Episcopi. 26. qu. 5. Octavò*; Ut hæreses hæreticque omnes extirpentur. *Barbosa. d. lib. 1. jur. Ecclesiast. univ. cap. 11. num. 14. Nonò*; Miracula nova; tam Sanctorum canonizatorum, quam non; ut, recognoscere & approbare, ita & publicare: *c. fin. de relig. & vener. Sanctor. Concil. Trident. sess. 25. in decreto de reliqu. & vener. Sanctor. & Collect. ad eund. cap.*

cap. ult. *Piacet. in praxi Episc. part. 2. cap. 3. num. 18. vers. miracula.*
Marcus Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. 112. cas. 42. Decimo San-
 ctorum ab Ecclesia canonizatorum, non aliorum, reliquias in Dicecesi
 sua approbare; *Suarez. in tertia parte quest. 25. art. 6. disp. 55. sect. 2.*
vers. quæret aliquis. Sanchez. in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 2. cap. 43.
num. 14. approbatas publicè venerandas exponere: Sanch. d. locorum.
10. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. qu. 8. Undecimo: Nè in Dei
 & Sanctorum venerationem statuta festa contemnantur, aut fideles iis
 diebus divinis interesse negligent, atque operibus servilibus aliisque il-
 licitis operam dent, cavere: *Franc. Leo in Thesaur. Fori Eccles. part. 2.*
cap. 16. Barbosa d. lib. 6. cap. à num. 1. usq. ad 23.

Circa divinorum officiorum celebrationem Episcopus curare debet 3
 septem. Primum; Ut Sacerdotes celebrent horis debitis: *Concil. Tri-*
dent. sess. 22. in decreto de observand. & evitand. in celebrat. Miss. Se-
cundum; Intra Ecclesiam, in loco sacro, ad id specialiter deputato:
Concil. Trident. d. loco. in vers. atq. omnino extra Ecclesiam. S. Thomas 3.
part. quest. 85. art. 3. ad 1. Durand. in ration. divin. lib. 4. cap. 1. num. 41.
Joan. Valer. de different. utriusq. fori: verb. Missa, differ. 2. in princ. vide
Barbos. d. lib. 1. & cap. jur. Eccles. univ. num. 27. Tertium; Sacerdotes
 exteros Missas, nisi visis literis commendatiis, celebrare non permit-
 tant: *Concil. Trident. ubi supra. vers. nè cui vago. & sess. 23. de reformat.*
cap. 16. vers. nullus. Fr. Emanuel. quest. regular. tom. 2. quest. 121. art. 1.
Campan. in divers. Juris Canonici. lib. 6. rubr. 9. num. 1. vide Barbos. de
offic. & potest. Episcopi, parte 1. alleg. 21. num. 1. in fin. Quartum; Sa-
 cerdotes curam animarum habentes, diebus saltem dominicis & festi-
 vis, ut muneri, in celebrando, suo satisfaciant, constringant: *Concil.*
Trident. sess. 23. de reformat. cap. 14. Fr. Emanuel. ibid. tom. 1. qu. 252.
Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 24. qu. 2. & 3. Bonacina de Sa-
crament. disp. 4. qu. ult. puncto 7. num. 3. Quintum; Populum ut in
 Parochia propria, Missam audiant, citra tamen multam, cogant: *Ze-*
rola in praxi Episcop. parte 1. verb. Missa, §. 6. Sextum; Musicam im-
 puram arceant: *Concil. Trident. in d. decreto. de observand. & evitand. in*
celebrat. Missar. Navar. in manual. cap. 12. num. 87. Barbosa in collect. ad
c. dolentes. num. 15. de celebrat. Missa. Septimum; Populis diversarum

Corvinus
 De Personis
 Benef. Ecclesiarum

G IV
 52

linguarum & rituum in eadem morantibus diocesi, officia, & Sacramenta secundum eorum linguas & approbatos ritus, celebrari & ministrari curent. *c. quoniam in plerisq. 14. de offic. ordin. Sbroz. de offic. Ordin. vicar. lib. 1. qu. 81. num. 16. & 17. Barbosa. d. lib. 1. Jur. Eccles. univ. cap. 11. à num. 24.*

4 Circa administrationem Sacramentorum observare Episcopus debet precipue sex. *Primum;* Ut ipse ea, maxime confirmationem, administret; *can. Presbyteros. de consecrat. dist. 4. c. quanto. de consuetud. Concil. Trident. sess. 7. de Sacram. Confirmat. can. 3. Covar. variur. resolut. lib. 1. cap. 10. num. 4. & 6. Durand. in ration. divin. lib. cap. 84. Henric. in sum. lib. 3. de confirmat. cap. 6. §. 1. Barbosa de offic. potest. Episcopi. part. 2. alleg. 30. num. 1. hoc non diu omitat: Tolet. in instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 4. Marc. Anton. Genuens. in man. Prælat. cap. 54. num. 2. faciat in sua, non aliena diocesi: *Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. Reginald. in praxi fori penit. lib. 28. num. 1. Bonacin. de Sacrament. disput. 3. qu. un. punct. 2. num. 12. Secundum,* Ipse Ordinis Sacramentum conferat: *Concil. Trident. sess. 23. de sacram. Ordin. can. 57. per can. perlectis. vers. ad Episcopos. dist. 25. can. quamvis. dist. 68. c. 1. de ordinand. ab Episcopo. Tertium;* Attendat ut reliqua Sacramenta cum forma debita, ritu, materia, tempore legitimo, à personis dignis, & habitibus cum reverentia ac honore debito, ministrantur; Sacramentum Eucharistia honorificè & decenter conservetur. *c. sane de celebrat. Missar. Barbosa. de off. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 22. per tot. Quartum;* Ut Sacramentorum ministratio sit gratuita: *can. placuit il. 2. caus. 1. qu. 1. Quintum;* Ut Concilii Tridentini decretum de matrimonii celebrandis publicetur sæpius; *sess. 24. de reformat. matrim. cap. 1. Sextum;* Ut Sacramentorum omnium jus ac robur à Parochis exponatur populis suis: *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 7.**

5 Circa personas, res, & loca Ecclesiastica attendere debet Episcopus: 1. Utea, quæ ad Clericorum ordinationem: beneficiorum collationem, Regularium personarum institutionem, dicturi sumus infra suis locis, esse necessaria, servantur diligenter. 2. Clerici ac Regulares delinquentes, juxta dispositionem Sacrorum Canonum corrigantur: *c. irrefragabili. 13. de offic. Ordin. Clem. 1. cod. vide infra tit. de vita. & honest.*

neſt. Clericor. & de ſtatu Regular. 3. Ne ſine formatis, teſtimonialit
 bive literis, Clericos ſuſcipiat peregrinos: *can. ſin. diſt. 71.* 4. A
 perſonis Regularibus, teſtamentorum Exceutoribus factis, rationes
 exigat: *Clem. un. de teſtament. Fr. Emanuel. quaſt. regular. tom. 3. qu. 70.*
art. 5. Molina de Juſtit. tract. 2. diſp. 247. col. pen. verſ. ſi Religioſi. Ab
 barum negligentiam ſupplicat: *c. quam d. 7. de officio Ordin.* 5. San
 ctionales, cum conſtituantur, admoneat, ut ſemel ſaltem ſingulis
 menſibus conſecentur, & communiceent: *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de*
Regular. cap. 16. Campan. in diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 51.
cum ſeqq. eis Confeſſorem adignet, monaſteria viſitet, ut ſuis videbi
mus locis. 6. Locorum Eccleſiaſticorum immunitates tucatur: *c. de*
et de immunit. Eccleſ. in 6. 7. Eccleſiarum reverentiam, circa in eis ſie
 riprohibita, conſervet & augeat. *qua de re infra parte ſecunda.*

Quale ſit Officium Episcopii in cultu divino & augenda & conſer
 vanda religione Chriſtiana vindimus jam. Videamus nunc officium
 Ejuſ circa curam in paſcendis ovibus adhibendam.

Primo; Quod & præcipuum eſt; Debet prædicare verbum Dei; 6
 ſubditos docere, monita ſalutis eis tradere, delinquentes corrigere,
 monere: *c. audire. diſt. 25. c. inter cetera. 15. de officio Ordin. Concil. Tri*
dent. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. vide can. ſicut vir.
11. cauſ. 7. qu. 1. *Secundo;* Animarum curam gerere, ideoque bonos
 & idoneos Rectores ſeu Curatores inſtituere: *can. nullus. 10. qu. 7. ſi ne*
ceſſe ſit eam in ſe ſuſcipere: ſac. can. illud. diſt. 95. *Tertio;* Excom
 municatorum nomina & ſubditis ſuis & vicinis, ſi oporteat, publicare,
 ea pro Eccleſia foribus affigere: *can. cura. 11. qu. 5. Clem. un. de con*
ſanguin. & affinit. Quarto; Subditorum vitia arguere, errantes cor
 rigere, ut ad ſalutis viam revertantur, obſecrando, arguendo & inſtan
 do curare: *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.* *Quinto;* Inter
 ſubditos pacem conciliare; *c. ſtudendum. c. præcipimus. diſt. 90. eam vi*
olantes punire: c. 1. de treuga & pace. *Sexto;* Pauperibus victum lar
 giri; viduarum, & orphanorum, ac perſonarum miſerabilium pater
 nam curam gerere: *Trident. Concil. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.* *Septi*
mo; Subditos monere ne vanis & ſuperſtuis ſumptibus bona ſua conſu
 mant: *Clem. 2. de Magiſtr.* *Octavo;* Dioceſim ſuam ſæpius viſitare
 X 3 perſo

Corvinus
 De Perſonis
 Benef. Eccleſiaſt.

G IV
 32

personaliter: *can. legitur. can. relata. can. decernimus. 10. qu. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. Quod de infra tit. speciali. Nondum; Semel quotannis Synodum seu Concilium totius Cleri convocare: can. quoniam. can. annis singulis. dist. 18. Decimo; Apud Ecclesias suas, quantum possibile, residere: *Concil. Trident. sess. 23. de reformat. 1. can. si quis in Clero. can. placuit. il. 1. caus. 7. qu. 1. cas, sine legitimis causis, can. nisi cum pridem. ubi Da. de renunc. can. scissionis. cum seqq. can. fin. 7. qu. 1. non deserere: can. suggestum. 7. qu. 1. Hæc omnia Barbosa d. lib. 1. de jur. Eccles. univ. cap. 11. §. 1.**

TITULUS XVII.

De Potestate Episcoporum Ordinaria.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| 1. Continuatio. | 9. Ordinaria respectu jurisdictionis, qualis circa dispensationem respectu irregularitatis. |
| 2. Episcopalis potestas quotuplex. | 10. Qualis respectu cohabitatis ad Beneficia. |
| 3. Quæ habeat jure Ordinariis. | 11. Ad matrimonium. |
| 4. An jure Divino. | 12. Ordinaria erga absolutionem circa qua versetur. |
| 5. Jurisdictionis Lege competens potestas quotuplex. | 13. An absolvendi potestatem delegare possit alteri. |
| 6. Ordinaria in quibus consistat personarum. | |
| 7. Quos habet effectus circa personas. | |
| 8. Quos circa res & loca. | |